

## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Dispvtatio XXXVII. De intellectu Angelorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

Actum patrum, quos alibi citabimus, Luciferum, Principem Angelorum rebellium, tuisse primum positum, id est, nobiliorem & perfectiorem reliquis omnibus Angelis. Quia scilicet solus erat in sua specie, creatarum omnium nobilissimum.

**C. I.**  
Hac sententia non est plusquam probabile s. Dixi præterea probabilius tantum est angelos partim specie, partim numero solo differre modo iam explicato: quia fatendum est quoniam non satis copertam esse: & non modum Theologos, sed & sanctos Patres hac in parte abire in variis tenuerunt. Aliqui enim affirmant differre solo numero, ut Basilios, Gregorius Nazian. & alij citati in m. 6. Alij di-

cunt differre specie, ut Dionysius, relatus numeri 76. Alij dicunt rem esse inservit, & soli Deo, qui eos creavit, notam esse: ut S. Augustinus, lib. contra Origenes & Priscillianistas ad Orosium c. II. & Damascen. l. 2. de fin. de c. 3. Aug. & que incertitudinem distinctionis specificæ inter Angelos, quod licet possibilis sint plures species formarum spiritualium componentium cum materia: tamen una sola species animalium rationalium est a Deo producita. Et in beatitudine erit inter claus magna varietas & ordines Hierarchicus. Argumenta tandem sententiarum nobis oppositarum palam vrgent, & ex dictis possimus facile diluiri.

## DISPUTATIO TRIGESIMA SEPTIMA,

De Intellectu Angelorum.

Sectio I. An intellectus Angelii distinguatur realiter ab ipsius substantia?

Sectio II. An actus intelligendi distinguatur realiter ab Angelii substantia?

Sectio III. An intellectus Angelii, vel actus intelligendi, sit de eius essentia? Et utrum omnes intellectus Angelici sint eiusdem speciei?

Sectio IV. An intellectus Angelii in agentem & passibilem distinguendus sit?



VÆ S. Thomas q. 51. & dyabus sequentibus tractat de via assumendi corpora, & que loco & motu locali Angelorum, commodius explicabuntur inferius disp. 42. vbi dicemus de potentia executiva, ad quam proxime pertinent. Quæ quia naturaliter subordinatur voluntati, & voluntas intellectui: ordo naturæ postulat, ut prius de intellectu & voluntate, deque utriusque operationibus, & perfectionibus naturalibus differamus. Dicturi postea de supernaturalibus, id est, de gratia & gloria Angelorum: deque illius oppositis, id est, de peccato & poena Demonum.

De intellectu vero Angelorum disputat S. Thomas tota disp. 54. & arr. 1. docet intelligere non esse ipsam substantiam Angelii: ut neque nullus alterius creature. Quia id quod non est purus actus, sed aliquid potentialitatis admixtum haberet, non potest esse sua actualitas: repugnat enim actualitas potentialitati. Intelligere autem est actualitas virtutis intelligentis: c. 10. & c. 2. Actionem intelligendi Angelii non esse ipsummet eius esse. Quia solus in esse diuinum, ut pote infinitum, est suum intelligere, & suum velle. Sic autem angelii finitum est, & determinatum ad unum genus & speciem. Vnde non potest esse ipsius intelligere &

velle, quod quantum est de se, extenditur ad omnia, & infinitè patet. Intelligere enim habet pro obiecto verū, & velle, bonum: quoū virtus que convertitur cum ente, & infinitè extēditur. 3. Potentia intelligendi non esse ipsam ressentiam Angelis; quia in Angelo non est idem intelligere, & esse. Potentia autem dicitur in ordine ad actum: & secundum diversitatem actuum est diversitas potentiarum. 4. Non esse in Angelis intellectum agentem & possibilem, nisi æquiuocè. Quia non sunt quandoque in potentia intelligendi, & quandoque in actu, sicut omnes: & 5. eorum obiecta sunt actu intelligibilia. 5. Non esse in Angelis aliam cognitionem, quam intellectuam. Quia cùm sit incorporei, non possunt habere cognitionem sensitivam, quæ exerceatur per organa corporalia. Huc usque P. Thomas, cuius doctrina deinceps explicatur.

## SECTIO. I.

*Utrum intellectus Angelis distinguatur realiter ab ipsis substantiis?*

**D**RES sum ea de re Theologorum & Philosophorum sententia. Primo enim D. Thomas q. 4. art. 1. & 3. certe nō modò intelligēdū actū, sed & ipsam potentiam intelligendi distingui à parte rei ab Angelis substantia. Idemque docent præter Thomistis Alesis p. 2. q. 21. membro 1. Vsq: in Comment. & disputatioibus ad articulos citatos, Suar. lib. 2. de Angelis c. 1. aliquę plures.

Contra vero Aristot. 12. Metaph. c. 9. quem veteres aliqui interpres ibidem sequuntur, affirmat nō modò intellectū, sed ne actū quidem intelligendi distingui à parte rei ab Angelis substantia. Quod idem videtur affirmare Durand. in 2. dist. 3. q. 5. ad 1. quod ad illum actum quo Angelus seipsum cognoscit. Aristotle quidem loco cit. loquitur primò & pricipiū de mente prestantissima, id est, de Deo: id tamen extendere videatur ad omnes intelligentias immateriales, cum sic ait: Cum igitur non sit diversum ab eo quod intelligitur, & intellectus; quacumque non habent materiam id non sunt ac intellectus. Eadem sententiam Suarez lib. 2. cap. 1. num. 9. tribuit Malonius in 2. dist. 3. disput. 5. sed ille ibi scit. 2. expresse affirmat distingui à parte rei ut ens ab ente, intellectionem ab essentia Angelis, licet non possint mutuo separari: qua de causa distinctionem illam formalem potius quam realem appellari vult. Profiteretur que se nomine tens dumtaxat ab aliis differre.

Inter utrosque mediū Nominales actum quidem intelligendi distinctum esse putant: non tamen intellectum. Idemque censent ē Recentioribus Less. lib. 12. de perfect. diuin. cap. 30. n. 218. Aegid. Conink tom. 1. de sacra. quæst. 77. art. 4. num. 49. Hurtad. disp. 4. de anima scit. 4. num. 41. & probabile censent Valentia disp. 6. q. 3. punct. 2. co.

In hac opinionum varietate certum primo esse debet, non omne principium intelligendi distingu realiter ab Angelis substantia. De radicali enim ( si formaliter distinguatur ) res manifesta est. Ista erit substantia & essentia Angelis debet esse radix intellectus & voluntatis, si ab illa distinguuntur, & ceterarum proprietatum naturalium, sicut in reliquis entibus essentia cuiusque est basis & radix proprietatum & attributorum ipsi conaturalium.

De formaliter, certum etiam puto, non omnem vim intelligendi formalem distinctam esse realiter à substantia Angelorum. Etenim Angelis per suam substantiam effectuè, parcialiter saltem, intelligunt & volunt. Ergo ipsorum substantia est aliquatenus principium formale intelligendi & volendi. Probatur antecedens. Nisi enim Angelis per suam substantiam effectuè intelligant & velint, sed tantum per accidentia distincta: non videntur Angelis sed accidentia illa, quibus mortuo modo subsistit ipsorum substantia. Et tamen vel ipsa experientia motum est nos ad eas operationes, sicut & ad sensations & appetitiones, conari & concurrere effectuè longè alter operari, quācum cùm innato calore exanimis quidpiam calcemus, ut naturali gravitate ponderamus, aut species speculo imprimimus, & simili, quæ producimus tantum per accidentia quædam distincta & quibus mortuo modo subsistit nostra substantia, remotoe tantum & denominatiuope rando per illa. Ergo de Angelis idem censendum est, quantum ad actus intelligendi & volendi.

Confirmatur, quia actus secundum vitalis debet esse à principio vitali per se, quod est ipsum substantiale principium, seipsum mouens & exercens operando vitaliter. Item, omnino necessarium est ut principium vitale per se appetens, sit etiam per se cognoscens, & non tantum per aliud distinctum. Ergo impossibile est Angelum intelligere solum per aliquod distinctum à sua substantia: & vere per aliud adæquate distinctum cùm à sua substantia cùm à

nomine  
principium  
intelligendi  
distingu  
realiter  
ab Angelis  
substantia.

Id in prin  
cipiū q. oī  
apparet, de  
bet est co  
gnoscens.

I. Valer.  
testata.  
D.Thom.

Ales.  
Valq.  
Suar.

Aristot.

Durand.

Lessius.  
Conink.  
Hurtad.  
Valent.

principio intelligenti. Probatus antecedens. Nam actus appetitus vitalis essentiale est, ut sit tendentia in obiectum cognitionis & secundum cognitionem. Atque principium non cognoscens per se, non potest tendere in obiectum cognitionis, & secundum cognitionem. Ego quod tendit in obiectum cognitionis, & secundum cognitionem, non est principium non cognoscens per se, sed necessariis debet esse per se cognoscens. Atque omnino fieri negatur, ut illud idem à parte rei non sit cognitionis. Non potest esse voluntarium illius obiecti, nisi secundum cognitionem: Tendentia autem secundum cognitionem, non potest esse duxata à facultate cœco in re ipsa, qualem singunt esse voluntatem angelicarum, qui intellectum & voluntatem, tunc inter se, rūta substantia distinguunt a faciliitate. Quid enim intellectus cognoscens, non sufficit. Imò potius quæcumq[ue] duo duci frustra lumen cœco admonetas: sic fructu voluntati proponetur obiectum bonum vel malum, quippe nullatenus valenti percipere bonitatem vel malitiam obiecti, nec quid, aut quando, vel quale proponatur. Quare saltem necessarium est, ut unus & idem re principium, eadem videlicet intellectus substantia, per se intelligat & appetat: haec sola sit totale principium humani modi operationum: huc principale tantum, concurrentibus aliis facultatibus accidentalibus realiter distinctis.

Confirmatur secundum, quia principium quod vult, mouet ipsum vitaliter ad voluntandum, per obiectum bonitatem ut cognitam. Ac proinde se mouet ut cognoscens: & quidem liberè, si cognoscit in obiecto bonitatem non necessitatem, & sui compos est. Item se mouet secundum consultationem & deliberationem præciam, tendens liberè in id quod expedire visum est, aut etiam in oppositum. Inordum enim tendit contradicamen vñnum cognitionis præcæ. Tantum ab obiecto, vel à cognitione, moro quo nō modo determinetur: sicut determinantur sensus externi ab obiectis, vel ab eorum speciebus impressis; & sensus internus, à sensatione sensus externi; & intellectus, ab istis operatione, vel à propriebus intellectibus, & à presentia obiecti. Quomodo autem se moueat ut cognoscens, vñfuit, & liberans, & eligens secundum consultationem, & deliberationem, id quod plane non cognoscit? Quid prodest potest cognitionis vñius alteri protus non cognoscendi, & secundum cognitionem agat, & se moueat in obiectum qua ratione cognitum est? Quomodo potest liberè eligere vnum è duabus, & vnum obiectum alteri præferre, nisi cognoscat ea, inter quæ eligit, & quorum bonitatem vnam alibi præfert?

Iam si angelii substantia, per se intelligit & vult: ergo catenæ potest per se intelligere & velle: atque catenæ est potentia intellectiva & volitiva. Quare non omnis potentia intellectiva & volitiva, seu principium formalis intelligendi & volendi, distinguitur

realiter ab Angeli substantia. In quo nobiscum sentiunt præter nos citatos in certa opinione, Suar. disp. 18. Metaphys. sect. 5. n. 2. & 3. & Valsq. 1. 2. disp. 9. n. 28.

Dico secundum, licet non sit improbabile substantiam Angeli completi in esse intellectivum & volitivum per potentias accidentales distinctas: huius tamen complementi necessitatem nullam esse: & absolute probabilis visus potest vitalem intelligendi & volendi, nulla ex parte distingui ab Angeli substantia.

Prima pars satis patet auctoritate D. Thomæ & aliorum, quos pro prima opinione testimoniū num. 1. Quibus videntur auere Dio. Dionys. c. 11. de colest. Hierarch. distinguens, etiam in spiritu spiritibus, substantiam, virtutem, & operationem. Et Anselm. lib. de Anselm. concep. virginali c. 4. vbi hæc tria similiter distinguuntur: & lib. de catu Diaboli c. 8. affirmat voluntatem Angeli non esse substantiam, licet sit aliqua essentia, & Augustin. lib. 6. de Trinit. c. 6. dicens animam humanam defere à simplicitate divina propter multitudinem operationum & virtutum: & denique alij Patres communiter, p[ro] eo distinguentes Deum à creaturis, quod in Deo essentia, potentia, & operatio idem sunt: secus in creaturis. Adde quod Angeli intelligenti non est summa, sicut divina. Et sicut ego concusa obiecti aut speciei: sic non est improbabile egere complemento qualitatis distinctæ à qua in modum potentie & compunctionis proximam iuvetur effectiæ ad actus vitales intelligendi & volendi.

Secunda pars probatur: quia quæcumq[ue] ad prædicta necessitatē ostendendā proferri solent, vel falsa, vel infirma sunt. Primū enim, quod aiunt, substantias materiales non exercere per se immedietate operationes suas accidentales, sed per accidentia distincta: ut elementa, per primas qualitates, cœlos & astra, per lumen & qualitates occultas: mixta similiter: imò & viuentia per calorem nativum vegetare, &c. Vnde colligere est substantias creatas esse improportionatas, ut sit principium aliquius operationis accidentalis: idque oritur ex limitatione substantia creatæ: ideoque in omni spiritu creato, imò & creabilis, distinctionem illam inter substantiam & potentiam operandi accidentaliter, ponendā esse. Hoc inquam, multis instantiis falsum esse ostenditur. Nam multæ operations accidentales conueniunt immedietate substantiis materialibus: ut emanationes propriorum accidentium, & reducunt seu reparatio eorūdem: quando v.g. aqua calefacta, igne remoto, frigus pristinum repetit. Constat etiam ex prima conclusione actus vitales cognoscendi & appetendi, partialiter saltem, oriri ab ipsa viuentis substantia, idque fatentur multi ex aduersariis. Item si intellectus & voluntas distinguntur realiter à substantia, debent manare ab ipsa, sive aliae proprietates distinctæ fluunt connotatæ liter à substantia cuius sunt, ut fateur Suar. post D. Thomam quæst. 7. art. 7. Di. Thom. Major autem est ratio, ut Angeli substantia possit

# Disp. XXXVII. de Angelis, Sect. I. 68

possit ac debat esse principium intellectus & voluntatis, quam intellectus & voluntatis in actu primo. Esta enim productio non est vita, quemadmodum intellectus & voluntas, qua proinde tribut potius debent substantiis intellectualiter & appetibiliiter viuentibus, & sese mouentibus.

Secundum, quod aiunt potentias specificari ab actibus, & illis proportionari, ideoque potentiam ad actus accidentales debere esse accidentalē. Non est verum. Quia potentiae formaliter seipso specificantur & individuantur. Quidlibet enim seipso est formaliter id quod est. Et consequenter, unum distinctum a quolibet alio. Sicut autem potentiae habent ordinem transcendentalē ad actus & obiecta: ita speciem habent in ordine ad illa. Sed falsum est substantialia non posse ordinari ad accidentalia. Estque impossibile omnem potentiam producendi accidentia, ita est accidentale: cum omnis productio cuiuscunque accidentis sit tandem referenda ad aliquam substantialiam. Adde potentiam aqua ad septendam triditatem connaturalē, esse aliquam potentiam, & quidem substantialē, cum sit ipsamē forma substantialis aqua: & tamen est ad aliquid accidens. Idemque dico de substāria ut productiū intellectus & voluntatis, in sententia aduersariorum: deque aliis naturis substantialibus respectu suarum proprietatum.

Tertio, quod aiunt substantialia Angelī esse de indifferentem ad intelligendum & volendum: ideoque debere determinari per facultates accidentales, qua sine principiis determinata talium operationum: vanum est. Nam sicut per aduersarios, substantialia Angelī, ut potens producere intellectum realiter distinctum, est determinata ad illum producendum: & ut potens producere voluntatem, est similiter ad illius productionem determinata, sive de ceteris proprietatibus: ita, & quidem maiori compendio, dici potest ipsam substantialia Angelī, prout est per se potens adquād ad intelligendum, esse determinatam ad intelligendum: & prout est per se potens ad volendum, esse determinatam ad volendum, id est, esse potentiam volendi specialiter & determinatē: ut propterea non est opus principiis distinctis realiter, cūmīnster se, tum ab Angelī substāria. Adde quod intellectus ipse est de se indifferens ad infinita intelligentia: & voluntas, ad infinita volenda: neque propterea distinguenda sunt facultates intelligendi & volendi infinitae, per quas determinantur ad hanc aut illa obiecta speciatim. Sufficienter autem determinatur Angelus ad hoc aut illud intelligendum in particulari, ab occurso obiectorum, vel ab eorum speciebus. Et ad volendum, vel determinatur ad cognitionē, vel illa posita scipsum liberi determinat ad operandum circa obiectum cognitionis. Quare ut determinetur, non eget intellectu & voluntate realiter distinctis.

Tomus I.

Addunt quartō, intellectum & voluntatem anima rationalis distinguunt realiter ab ipsius substantia. Ergo & in Angelis. Proabant antecedens: tum quia potentiae sensitiue distinguuntur ab ipsa; tum etiam quia substantia anima rationalis informat corpus, intellectus autem & voluntas non informant: & in iustificatione gratia recipiuntur immediate in substantia anima, fides in intellectu, spes & caritas in voluntate.

Respondeo negando antecedens. Ad cuius primam confirmationem, dico sensus materiales esse plurimum compositum ex organo & anima; ultra quod non est opus potentia sensitiva accidentali realiter distincta. Idque intelligo tam de sensu internis, quam de externis. Appetitus quoque sensitivus non distinguuntur realiter à sensu interno, cognoscente obiectum, quod appetit. Neque resident hic tantum in Cerebro, ille in corde aut hepate: sed per totum animal diffunduntur, vt ostendit experientia sectilium, quia diuisa quavis parte si pungantur in illa, dolent, refugunt irritantur, & alii faciunt, quia appetitui sensitivo tribuntur. Quamvis præcipue & magis vigeant in partibus corporis supra dictis: ubi etiam illorum occasione maior esse solet commotio spirituum & humorum, sensationibus integris vel passionibus servientium. In vegetantibus denique vis generativa substantialiter, & nutritiva, anima fictus & alimenti non distinguuntur ab ipso viuente: licet naturales dispositio[n]es caloris, frigoris, humiditatis, & alia id genus, per quas producunt qualitates similes, substantiali generationi vel nutritioni præbias, distinguuntur realiter à substantia viuentis, generantis, aut nutritientis.

Ad secundam confirmationem. Respondeo animam, etiam quā intellectua informare substantialiter corpus, à quo levatur dispositiū & remōtē ad intelligendum per sensationes internas & exteras. Quamvis sicut corpus non concurrit immediatē ad actus intelligendi & volendi, quippe incapax producendi effectum spiritalem: ita neq; ab illis imm̄diatē insinuerit aut afficiatur, sed mediante anima. Gratia vero probabilitas non distinguuntur à charitate. Et distinguitur: illa diuisio inherenter intelligentia est secundum diuersas considerationes eiusdem anima, qua est substantialia, seu essentia quedam, & intellectus ac voluntas, prout valer per se ad intelligendum & volendum. Et gratia quidem infunditur illi simpliciter, ut illam orne: fides vero ut illam iuuet ad intelligendum, & caritas ut illam perficiat & eleve, quatenus valet ad amandum & volendum.

Dionysius autem citatus in Contrarium, & Anselmus priori loco, intelligi potest eo sensu, quo August. & alii hoc explicandi. In posteriori loquitur de voluntate sumpta pro-

M M

Explicitur actus volendi. Loquitur enim de conuersione  
Patres citati in contrariu. Eorum aliqui nobis aperire co-  
sent. <sup>Augustin.</sup>

& voluntate, actuali scilicet, ad bonum vel  
ad malum. Augustin. denique & alij Patres  
confusè citati, non ita sunt intelligendi, qua-  
si nulla substantia per se quicquam opere-  
tur: quod in omni intentia falsum est gene-  
raliter: sed quod nulla sit substantia ex qua,  
qua sit realiter omnis sua virtus, & omnis  
sua operatio: quæque aliquatenus non con-  
pet aliqua facultate vel operatione realiter  
distincta: cuiusmodi admittimus in Angelis  
species & habitus, & naturales, quam su-  
pernaturales, & operationes in re distinctas:  
de quibus paulo post. Speciem vero D. Au-  
gustin. loco cit. in obiectione non videntur no-  
mine virorum seu potentiarum animæ, quas  
affirmant distinguere: sed ait, Cum in anima aliud  
sit artificiosum esse, aliud inertiem, aliud acutum,  
aliud memorem, aliud cipiditatem, aliud timorem, aliud  
certitudinem, aliud tristitiam, posintque alia sine aliis,  
et alia magis, alia minus, innumerabilitate in animæ  
natura inueniri: manifestum est non simplicem, sed  
multiplicem esse naturam. Nihil enim simplex  
magis est: omnes autem naturam mirabilis. Qui-  
bus verbis significat se loqui, non de faculta-  
tibus ipsius naturalibus intellectus & volun-  
tariorum: sed de habitibus, & speciebus, vel aliis  
affectionibus, & operationibus, quas fatemur  
distinguere: nec non vires ipsas naturales intelli-  
gendi & volendi, quas non distinguunt realiter  
ab anima docet idem S. Augustin. lib. 10. de  
Trinit. cap. 11. vbi sic ait: Hæc igitur tria, mea  
memoria, intelligentia, voluntas, quoniam non sunt  
tres vires, sed una res, nec tres mentes, sed una  
mens: consequenter utique nec tres substantie  
sunt, sed una substantia. Et Author libri 3. de  
spiritu & anima apud eundem Augustinum  
cap. 13. Habet siquidem naturalia, & ipsa omnia  
est. Potentia namque et vires eius, idem sunt quod  
ipsa. Habet accidentalia, & ipsa non est. Non  
enim est sua prudens, sua temperantia: quibus  
verbis nibi clarius diri potest. Eodemque  
cap. idem S. Pater docet disertissime potentias  
animæ non distinguunt ab ipsa, cum sic ait: Se-  
cundum operis sui officium variis nupcatur no-  
minibus. Dicitur namque talis anima, dum vege-  
rat: spiritus, dum contemplatur: sensus, dum sen-  
tit: animus, dum sapit. Ita tamen non differunt  
in substantia, sicut in nominibus. Quoniam omnia  
iste, una anima est. Proprietatesque quidem diversæ:  
sed essent una. Ex paulo post: simplex substan-  
tia una anima. Nec aliud, nec minus irascibilitas &  
concupisibilitas, quam anima. Sed una eademque  
substantia secundum diversas potentias diversa  
sunt: ratione, voluntate, Naturales siquidem sunt ei, nec  
aliud, & quam ipsa. Et cap. 4. eiusdem libri:  
Propter varia exercitia variatur, & varie nun-  
cupatur. Dicitur namque se fatus, imaginatio, ratio,  
intellectus, intelligentia. Et haec omnia in anima  
(id est, quatenus se tenet ex parte animæ) ni-  
hil aliud sunt quam ipsa. Aliæ & aliae proprieta-  
tes inter se (id est, aliae & aliae affectiones, &  
dispositiones organicas) propter varia exerci-  
tia: sed una essentia rationalis, et una anima.  
Proprietates quidem diuersæ: sed essentia una, se-  
cundum exercitia, multa sunt. Secundum essen-

tiam verò, unum sunt in anima, et id est quod ip-  
sa. Et Bernardus serm. 11. in Canf. 1. in ani-  
ma, inquit, tria intueris: rationem, memoriam, &  
voluntatem: Et hoc tria ipsam animam esse. Si-  
milia ex Isidoro, & alio refert Valentia Valen-  
tius, disp. 6. qu. 3. puncto 2.

## S E C T I O N I I .

*Actus intelligendi distinguuntur rediter  
ab Angeli substantia?*

R Esondeo actum intelligendi distinctum  
quidem esse realiter ab Angeli substan-  
tia, non tamen ita ut principium vitalis sub-  
stantiale intelligendi non includatur in ipso  
exercitio vitali, ut per se ipsum attendens  
velintendens vitaliter in obiectum.

Prima pars responsi est communis Theo-  
logorum, & Philosophorum, præter paucos  
pro secunda opinione relatos num. 1. qui  
malè supponunt fore ut alioqui defatigentur  
intelligendo Angelis: defatigatio enim  
quam experimur intelligendo, prouenit à  
contatione, & in tempeste organorum in-  
tellectionis ministrantium, quibus Angelis  
carent. Malè item supponunt Angelos esse  
nobilissimas substantias possibiles. Deoque  
similes in eo quod, sicut Deus est substantia  
immortalis, semper intelligens, cuius sub-  
stantia est ipsum intelligere. Et Angelus.  
Etenim Angelii licet inter alias creatureas de  
facto productas, & naturaliter spectatas, no-  
bilissimi sunt: perfectiores tamen in iustitia  
prodici potuerunt, & infinitè distant à  
Dei perfectione, hominibusque paulo ma-  
gis duntaxat superiores sunt, ut ait Scriptura  
Psal. 8. v. 6. Homines autem non sine aliqua  
physica operatione & productione vivunt in  
actu secundo. Ut credibile reddit tot organa  
ad visionem, & alias sensiones externas  
destinata: unde de sensu interno, & de men-  
tali cognitione idem conjectari liceat: pra-  
fertim cum maiore conatu & impensa ope-  
rations istæ solent exerceri.

Adde quod sancti Patres, Basilius, homil. 16.  
in illa verba, In principio erat verbum, Gregorius  
Nyssen, in epist. contra Apollinar. post me-  
diū, Cyrillus Alexand. lib. 2. Dialogi de  
Trinit. longe post medium, Anselmus in Mo-  
nolog. cap. 3. & alij communiter, produc-  
tiones diuinæ Filii, & Spiritus sancti expli-  
cante per comparationem ad productionem  
nostrorum actuum intelligendi & volendi. In  
eo quod, sicut nos, cum intelligimus, produ-  
cimus verbum mentis, sive actu cognoscendi,  
realiter distinctum. Intellectus producere:  
& cum amamus, producimus amorem reali-  
ter distinctum à principio volente: Sic Pater  
diuinus intelligendo se ipsum, producere Ver-  
bum personale, id est, Filium, realiter à se  
distinctum. Et Pater ac Filius amando se in-  
uicem, producere amorem personalem, id  
est Spiritum sanctum, à se realiter distin-  
ctum. Cui tam communi Patrum consensui  
in leibus fiduci explicandi contradicere, atque

# Disput. XXXVII. de Angelis, Sect. II. 68

meritatis virtus excusari nequit. Eorum vero cœlum a plura legi possunt apud Didac. Ruis disp. 2. de Trinit. sect. 2. & disp. 55. sect. 4. & disp. 57. sect. 3. Adeo præterea non posse aliud explicari quomodo actus intellectus & voluntatis humanae & Angelicae sint in entitate supernaturales: cuiusmodi sunt actus visionis & amoris beatifici, & actus fidei, spei, & charitatis illis proportionati, ut ostendimus in tract. de fide, disp. 10. sect. 3. Propter quos exorcendos certum est infundi habitus supernaturales realiter dicitur, ex Trident. sess. 6. cap. 7. Modus vero philosophandi aduersariorum negando distinctiones, ostendi non debet nisi ad ea, in quibus distinctione ostenditur esse manifeste superuacans, ita ut res a seipso formaliter habeat id quod fingitur illi advenire per aliquid distinctum. Alioquin enim modus ille philosophandi reiciendum est, velut per se durus aridus, difficultis, & erroris periculo expositus si nimis excedatur. Nam simili modo philosophandi, sequendo lumen naturale, negaretur distinctione quod autem que habituum, & ac actuum, & quorumcunque accidentium. Cum tamen certum sit & facis definitum a Trident. cap. 10. sess. 6. paulo ante citatione, distinguui habitus supernaturales ad animam, & ex eodem Concilio sess. 13. canone 2. certissime constat, accidentia Eucharistica realiter distinguuntur substantiam panis & vini, que definit ipsius remanentibus. Neque est quod Deus proferatur in exemplum humanus indistinctionis. Major enim est ratio, ut Deus, quippe absolutissimè infinitus & perfectus, sit identic & realiter suâ essentia seu substantia, quidquid est: sibique sufficiat ad quidlibet intelligendum & volendum, sine accessu ullius formæ distinctione a parte rei: quæ etiam summa illius simplicitati officeret. Licet autem Deus non sit esse taliter scientia contingentum, que sicut potuerint non esse ut sunt, potuerunt nesciri ita esse, & contrario modo cognosci: nihilominus cum Deus sit essentialiter eorundem cognitionis possibilium; faciliter intelligitur quemadmodum obiecto veluti modificato, cum de possibili sit existens; scientia illa essentialis, quasi modificata, ad illud extendatur per ipsum & applicationem indistinctam a parte rei. Secus ac intellectus creatus, cui nullius rei cognitionis essentialis est.

Adde præterea non modò Angelos iam re ipsa creatos, sed neque ullum spiritu creatibilem intelligere posse simplici vniuersalitate. Etenim nulla est possibilis creatura, quæ sit illimitata in intelligendo, & Dei comprehensionis, quæque non possit aliquid de novo cognoscere. Nulla ite quæ non possit elevari ad Dei visionem, quam nulli substantię creatibili naturalem esse posse probabilius est, ut ostendimus disp. 7. sect. 7. Aqui natura intellectualis quæ est capax successionis & vivisitudinis in intelligendo, non est adeò perfecta, ut possit seipso sine reali mutatione & productione actus, intelligere, iuxta ea quæ

diximus disp. 6. num. 8. vbi fūsū ex scripturæ & sanctis Patribus hanc veritatem configurauimus.

Non tantum tatis efficaciter id coniunctio rationes quibus aliqui purant eu dēter ostendit esse inimitabiliter & absolute Dei proprium, ut per suam substantiam intelligat & velite. <sup>17:</sup> Nō tam id tatis a Nulla enim eatur quas ad id probandum afferunt, cōclūdit evidenter id implicare contradictionē ex parte obiecti, vel quod propria creature intelligens & volens, actus distincto foret indeper, a Deo in intelligentio, vel à concursu obiecti per seipsum aut per speciem sui, vel aliquid aequaliter, sicut ex eo quod homo possit mouere localiter seipsum per ipsum indistinctum suæ virtutis motu, non sequitur esse independenter a Dei concurtu, vel à dispositionibus organicis ad motum necessariis. Sed è contrario, sicut elementa & corpora inanimata, mouentur quantum gravitatis & levitatis distinctione: animalia vero & spiritus mouent seipso vitaliter per potentiam indistinctam à substantia, siveque ipsorum entitate plus habent perfectionis ad motum, quam elementa per qualitates illas accidentiales: Vtque res creatæ multa alia persistant per ipsum indistinctos, ut contactum, unionem, præsentiam & modum localem, re-sistentiam, & similia: licet in omnibus his exercitijs a Deo dependant: Ita non sequitur evidenter fore independēt a Deo in intelligendo & volendo naturam illam, quæ per simplicem ipsum indistinctum à substantia intelligetur & vellere, nō. Anus quam per eadē immediatē & realiter exequitur & mouetur sine reali distinctione actus secundi a primo.

Neque etiam sequetur taliter naturam fore essentialiter intelligentem, si per ipsum indistinctum intelligerer. Quia nō quicquid est idem se cum aliquo, est proprieate illi essentialis, imò neq; necessariū, ita ut illo carere non possit: vt de modis se habēti latenter illi ipsi quos modò refutamus. Nam Angelus v. g. potest non moueri localiter, quia quis motus non sit ab ipso distinctus in re, ut ipsi concedunt, & nos inferimus ostendimus, disp. 42. sect. 7. nu. 82. iuncta sect. 6. nu. 61. & sequentib. Sed neq; efficacius argumentantur quod probant implicare contradictionē dari substantia creaturæ cum esse taliter sit intelligere, ex eo quod inde sequeretur talis substantia intelligere omnia essentialiter. Hoc enim nullo modo sequitur. Neque Deus per intelligit omnia essentialiter, quāvis cognitione suiphas, quoad essentiam & personas, & attributa necessaria, & quoad omnia possibilia, ut illi essentialiter. Sed neq; etiā ea orant, quia Deus novit essentialiter, debet et ipsa quoq; essentialiter intelligere, quia posset magis esse determinata, & quibusdam intelligibili. Magis quam alijs proportionata: quemadmodū intellectus humanus, obiecta sensibilia, quoad modum intelligendi germanū, naturaliter determinatus est: & Angelicus, ab obiecta naturalia. Neque enim omnes omnia naturaliter intelligunt, ut aduersari malè

M M m 2

Nulla sub  
stātia crea  
bilis potest  
intelligere  
sine actu  
distincto.

supponunt. Qui præterea æquiuocatur, cùm sic probant non posse dari substantia essentialiter intelligentem alicuius rei existentis: Quia si res illa non existeret, vt potest non existeret, si creatura est; impossibilis esset illa substantia essentialiter etranspropterea quod non potest à Deo solo fieri substantia essentialiter errans: & talis substantia non posset ab alio alio fieri, cùm debeat creari. Respondeo enim nos propterè huiusmodi creaturæ fore absoluè impossibilem. Sed sicut absolute obiectum potest existerere: ita substantia essentialiter intellectua illius ut existentes, posset absolute existerere. Ac proinde absolute possibile est. Sic actus contingens intellectus diuini circa contingentia nunc existentia sicut determinatè & quidditatè illorum talium cognitiones. Neque tamen si obiecta non essent talia, forent absolute impossibles. Non essent rerum sunt immutabiles. Quamque impossibile est essentiam hominis fieri non-essentialiam hominis: tam impossibile est ens, seu possibile absolute, & apertum esse (in quo consistit ens abstracti effectus) fieri non-ens, seu impossibile, & absolute ineptum esse. Sicut ergo quamvis non essent obiecta contingentia prout Deus cognoscit, absolute tamen possint sic esse: Ita eorum cognitiones verae, quamvis non essent tripla, facta hac suppositione; absolute tamen esse possint: Et proinde non essent absolute impossibles. Et haec à nobis dicta sint, non quod credamus talem substantiam esse impossibilem, sed ut ostendamus eius impossibilitatem non satis efficaciter his & similibus argumentis probati.

19. Secunda pars conclusionis, quod principium vitale substantiale includatur in ipso exercitio vitali intelligendi, tanquam per se attendens, & intendens vitalitatem in obiectum, declaratur in hunc modum. Quemadmodum quando aliquis ore loquitur, sile sonum ore producit; & eodem designat aliquem, natum posterius, quamvis eodem tempore visus que simus existat: sic intelligi potest, quod dum intellectus humatus, vel Angelicus concipit aliquid, sibique ipsi loquitur, aut dicit verbum mentis; producat aliquid in se & ex se, & per illud exprimat sibi aliquid aliud. Hoc tamen est differentia inter actus mentis, & vocis: quod vocibus timur ad eas nostras alios designandos: actibus autem res percipimus, & de ipsis iudicamus. At tamen sicut ille, cui loquimur exterius per voces, nihil percipit sine attentione: ita neque intellectus. Quare actus vitales non sunt mera accidentia, sed sunt visus & applicatione ipsius principii vitalis, includentes principium ipsum, & ab ipso inseparabiles. Sicut actus gravitatis, qui soler corpori gravitatio, est visus & exercitium ipsius gravitatis ipsam induens, & ab eo inseparabilis ex parte sui. Si autem mentis actus essent mera accidentia, quæ illam non includerent, possent à Deo fieri sine illius concurso. Sed aduerendum est, quemadmodum

aliqua sunt, quæ neque fieri, neque esse possunt sine concurso: alius tanquam mater, aut tanquam componentis, vt homo, & similia composita: sic quædam esse, quæ neque fieri neque possunt sine concurso alius tanquam principij se exercentis. Cuiusmodi sunt actus virales, ea saltē ex parte, quæ sunt attentio vel intentio vitalis principij per se tendentis. Sic quoq[ue] omnis actio, vt sit actio alicuius, requirit ut illud conferrat, & applicet vim suam, nec potest aliter esse illius actio. Verum actus mentis non est actio, vel terminus actionis qualisunque est intentio, & apprehensio, aut indicium, aut appetitio &c. Sicut ergo impossibile est ut aliquid agat, nisi per se conferrendo vim, per quam aliquid fiat: est quæ impossibile ut aliquid patiatur, nisi per se recipiendone sit impossibile, ut mens cognoscit vel appetat, nisi per se intendat. Illa est natura cognitionis & appetitionis, quemadmodum ipsa experientia constare videtur. Non enim cognoscere vel appetere est tantum aliquid recipere, quod ait anima dicit: sed est aliquid apprehendere, & de aliquo iudicare, vel aliquid seipsum inclinare & mouere per effectum. Quæ talia sunt ut in illis illud ipsum quod apprehendit & iudicat, vel appetit, utrumque includatur tanquam per se apprehendens, aut iudicans, vel appetens. Neque appetitio aut cognitionis est tantum qualitas coniuncta subiecto: sed est intentio & tendentia principii viventi per seipsum, & exercitium quoddam, quod sine illo esse omnino negatur. Et si aliquid producitur, dum principium vivens cognoscit aut appetit: illud solum non est totum vitale exercitium, neque ad intelligentium aut volendum sufficit. Sique potest separari subiecto, & bruto, vel lapidi communicari: non propterè vellet ut intelligeret: sed tantum illud principium substantiale, quod producit vitaliter, id est, quod attendendo producit, & producendo attendit. Notandum tamen non semper in quoconque exercitio principii vitalis aliquid noui produci. Nam libertatis, quæ est principium vitale, ea est vis, ut non tantum positivè operando, sed etiam ab operatione positiva abstinentio se exerceat praenente cognitione. In eoque constituit formaliter & præcisè peccatum omissionis, quod voluntas positivis omnibus ad agendum præquisitis, abstineat ab actu, quem potest & debet exercere.

Dices nullam apparere necessitatem productionis physice in actu intelligendi, sed vobis in curia posse sufficere: cumque visus indistinctus sit omnino necessarius, superfluum esse productionem qualitatis distinctæ, sine qua non possit intelligens constitui. Respondeo, necessitatem evidecer qui deni non ostendit: ad illam tamen adstruendam sufficeret, quæ pro prioris partis probatione contra Aristotelem & Durandū attulimus. Licer autem solum id quod producitur, non constitutus formaliter intelligenter sine

attentiose: potest tamen cum illa consti-  
tuere, efficere que ut attendendo percipia-  
mus obiecta per conceptus expressa.

<sup>21.</sup> Actus sen-  
suum ab  
ultima  
genuum ab  
homine.  
Inst abis, quia actus sensuum humanorum  
non distinguuntur ab homine. Ergo ne-  
que actus intellectus Angelici ab Angelo.  
Probatur antecedens: quia si actus sensuum  
distinguenterentur: vel essent materiales, vel  
immateriales, vel mixti. Non materiales:  
quia non possent recipi in ipsa anima. Non  
immateriales: quia corpus non posset ad il-  
los concurrere. Non etiam mixti, propter  
utramque rationem. Respondeo actum sen-  
tiendi, qua pars producitur & distinguitur,  
esse materialem, & non recipi in anima ra-  
tionali, scilicet in corpore quod informat. Quod  
tamen sufficit ut anima ad attentionem de-  
terminetur per qualitatem illam, a se cum  
organo productam in eodem organo quod  
informat. Ipsa vero attentione anima spiritata  
est, cum sit ipsam et anima.

### SECTIO III.

An actus intelligendi, vel intellectus Angelii  
sit de eius essentia? Et utrum omnes  
intellectus Angelici sint  
eisdem specie?

<sup>22.</sup> D. Thom.  
Actus in-  
telligendi  
non est de  
essentia  
Angelii.  
Circa primum, dicendum est primo, actum  
intelligendi non esse de essentia Ange-  
li. Ita D. Thom. qu. 5.4. art. 3. & alij communi-  
niter. Paterque ex dictis supra de distinc-  
tione actus intelligendi ab Angelis substantia, &  
ex huiusmodi actuum vicissitudine. Multi-  
enim de novo discunt Angelii per illumina-  
tionem, allocutionem, experientiam, & o-  
cursum obiectorum. Nec quicquam est eo-  
rum, quae naturaliter cognoscunt, a cuius co-  
gnitione cessare libere non possint naturali-  
ter loquendo, ut docet S. Thom. qu. 5.8. art. 1.  
c. vbi ab huiusmodi variatione exigunt tan-  
tum in Angelis beatis visionem beatificam,  
qua certe non est essentialis, sic ne quidem  
naturalis. Et similiter in demonibus exti-  
pienda est cognitio propria essentialis. Vtrum-  
que saltem propter decretum, & concursum  
Dei invariabilem & eternum. Nos etiam  
talem vicissitudinem experimur, in nostris  
actibus cognitionem, qui tamen naturaliter  
paullò minus ab Angelis distamus. Abduce  
aliqui, si cognitione aliqua esset Angelo es-  
sentialis: ergo omnis. Sed haec consequentia nula-  
ta est, & in Deo ipso est falsa, cui cognitione  
possibilium essentialis est, non tamen conti-  
gentium. Si tamen Angelis esset essentialis  
aliqua cognitione, certe maximè cognitione sui-  
ipsius. Aeo si cognitione sui ipsius esset Angelo  
essentialis: ergo & volitus, sive amor sui ipsius. Hic autem amor esset rectus & bene or-  
dinatus. Quippe qui esset à Deo ut à causa  
speciali & sola, per creationem propriè di-  
ctam (neque enim aliter essentialis Angelii po-  
test produci) & fuisset incompossibilis cum

peccato, quo dæmones in æternam misericordiam  
se scienter & liberè precipitarunt. Qui enim  
diligit iniuriam, odit animam suam.  
Neque se amat ordinatè, qui sibi aliquid  
oplat cum priuicio salutis æternæ. Quo  
pacto Angelii peccantes appetierunt viho-  
rem hypostaticam suæ naturæ, potius quam  
humanae.

Circa secundum: sunt qui pūtent poten-  
tiam formalem intelligendi Angelorum, non  
quam intellectum nominatum, non esse de  
conceptu essentiali Angelii: sed tantum ve-  
luti radicalem & fundamentalem, id est, esse  
talis natura, Rei debeatur posse intelligere  
arque hoc ipsa per se exigat. Ratio prima  
partis est, quia natura Angelica sufficienter  
intelligitur secundum modum conceipiendi  
nostrum, seruata proportione ad alias  
creatas, in suo esse primario & essentiali con-  
stituta, per gradum substatiae spiritalis com-  
pleta, radicaliter intelligentis & volentis,  
sive exigentis potentias formales inelli-  
gendi & volendi, quæ vel ab ea promanant  
vel sunt realiter ipsa essentia & substantia  
Angelii, concepta, prout potest forma litter  
intelligere & velle. Et hoc diserte affimat  
D. Thom. quæst. 5.4. art. 3. Fauent etiam San-  
cti Patres, Dionys. Anselm. August. & alij  
suprà citati, num. 7. cum vniuersitate sub-  
stantis creatis, & speciatim in Angelis es-  
sentiam, virtutem, & operationem distin-  
guunt. Confirmaturque à simili. Nam de es-  
sentiali cōceptu animalis non est principium  
formale & proximum sentienti, & constans  
organo & dispositionibus. Alioquin organo  
visus, vel auditus corrupto & destructo, de-  
sticeretur aut mutaretur animalis essentia,  
neque idem esset essentialiter homo, qui ante-  
ta multaque forent hominum species; aut  
essentia non essent metaphysicè invariabiles  
& inindivisiibili posita: quæ sunt absurdæ &  
inaudita.

Secundam vero partem eiusdem assertio-  
nis, quod scilicet vis intelligendi radicalis,  
ut superioris explicata fuit, sit de essentia Ange-  
lorum, probant, quia nondum Angelii  
concepuntur plenè & perfectè quoad essen-  
tiam, quando concepiuntur tantum va-  
substantia spiritalis completa: & non ut vi-  
uentes vita illa intellectuali praestantissima.  
Ac sicut viuentia materialia constituunt  
essentialiter, & distinguuntur à non vi-  
uentibus, per gradum viri: & homines à  
brutis per gradum rationalis, qui est genus  
quoddam intelligendi imperfectius Angelico: sic viuentia spiritalia distinguuntur ab  
aliis per gradum suum præstacionem intel-  
ligendi. Sancti Aristoteles in vitaque anima  
definitione à se tradita vitam inclusa, aiens  
esse actum corporis organici potest vitam habere. Et, id quo sumus, sentimus, mo-  
uemus, & intelligimus. Quare vita aliquo  
sensu est de essentia anima & substantia vi-  
uentis.

Verum ex dictis disput. 3. numero 61  
concludendum est potentiam intelligendi

M M m.

Potentia  
formalis  
intelligendi  
et de esse  
Angeli

formalem Angelorum esse de conceptu illorum essentiiali. Cum sit realiter idem ab soluta-  
tēque inseparabilis ab ipsorum substantia, si-  
stite maxima ipsorum perfectio intrin-  
seca præcipue considerabilis, & nomine  
substantia Angelii, id est, ipsius substantiam  
exprimit, significetur. Nomine enim An-  
geli intelligunt omnes, qui verum illius  
conceptum formant, substantiam comple-  
tam, spiritalem & intellectualem. Loquor  
autem de potentia intelligendi Angelorum  
substantia, præcise intenta à complemen-  
tis reales & distinctis, quibus indiget ut con-  
stituatur in actu primo completo ad intelligen-  
dendem. Sui modi sunt concusus diuisus,  
& species vel praesentia & determinatio ob-  
iecti, his quibus actus aliquo modo con-  
tinentur. Nihil possunt intelligere Ange-  
li; padeoque sine illis non habent potentiam  
completam intelligendi. Sic autem sum-  
ptam completem intelligendi potentiam for-  
malim non est Angelis essentiale, mani-  
festum est. Prior vero sensu acceptam po-  
tentiam formalēm intelligendi esse esen-  
tiale, in Angelo sentiunt nobiscum Hurta<sup>o</sup>,  
disp. 4. de anima sect. 4. num. 48. & quidam  
alij Recentiores.

Hurtad.  
26.  
Solutur  
primum  
argum. cō-

Ad primum argumentum contrariae opini-  
onis, Respondeo male & sine fundamen-  
to concepti duplē potentiā substantia-  
lēm intellectuam in Angelis: radicalem,  
etiam separatam seu proximam, quae fluat meta-  
physicē à radicali. Cum substantia ipsa, &  
potentia esse substantiale & fundamentale  
Angelii, sit per se aptum formaliter proximū  
ad intelligendum; sic etiam per se forma-  
liter & proximē intelligit, concurrens  
Deo, & obiecto per se vel per sui species.  
Partes autem statim in contrarium possunt  
exponi de potentia intelligendi completa,  
& complectente omnia necessaria, quae fa-  
temur diligēti, etiam realiter, ab essentia.  
De q̄. distinctionē loquuntur iudicem Pa-  
tronē: quia negligunt in Deo distingui (in quo  
fācili distinguitur ratione effecta, vir-  
tus, & operatio) eo modo quo distingui-  
tur in omnibus substantiis creatis. Nimirum  
quia Deus est completa essentia, &  
completa virtus operandi, & completa ope-  
ratio, sua ipsius substantia indivisibili reali-  
tei. Creatura vero inquit aliquo reali-  
tate.

Diluitur  
secundum.  
27.

Ad secundum, Respondeo potentiam for-  
malē & proximā sentiendi, atque com-  
pletam ex parte ipsius animalis, id est, ha-  
bentem quicquid ex parte ipsius requiri-  
tur, non esse de conceptu essentiali ani-  
malis. Quia includit aliqua separabilia,  
remanente animali, & retinente idem no-  
men substantiale, eademque essentiam no-  
mine illo significari. Nempe disputationes  
accidentales organorum & organa ipsa,  
quorum aliqua separabilia sunt. Manet  
enim homo v. g. aut equus, auulis oculis,  
aut olfactu, vel auditu corrupto & perdi-  
to. Unde colligere est organa illa neque se-

cundum materiam, qua constant, p̄que se-  
cundum formas organicas substantiales ac-  
cidentales, ac ne quidē partem illā anima  
divisibilis brutorum, qua materialē talium  
organorum informat, esse de conceptu es-  
sentiali animalis; potentiasque illas sentien-  
di formales & completas distinguuntur  
ab ipsorum essentia, quae tantum illas exigat  
concurrenter, quamvis posse aut vi causa-  
rum naturalium, aut absolutā Dei potentia,  
manere sine dispositionibus accidentalibus  
necessariis, & sine aliquo organis substi-  
tutis sensuum. At non sine omnibus:  
poterat, sine capitis partibus præcipuis, ce-  
rebro v. g. & sine organis substanciali-  
bus quibusdam in capite existentibus.  
Quae organa substancialiter sumpta,  
sunt de essentia animalis. Quia nulla  
est ratio, cur à conceptu essentiali ex-  
cludantur, & convenienter illis omnia  
qua ad conceptum essentiale requiri di-  
ximus numero 25. & disputatione ibidem  
citata.

Circa tertium: Dico tertio, intellectum  
Angelorum specie d' angelorum specificē dif-  
ferre. Ita Suer. lib. 2. cap. 2. numero 20. &  
sequentibus. Cuius ratio est, quia si, visu-  
pri diximus probabilis est, intellectus  
Angelii est ipsa eius substantia, et que de  
ipsius essentia: ubiquecumque est diversitas spe-  
cifica inter Angelos, debet esse diversitas  
specificā intellectus, seu virtutis naturalis  
& substancialis intelligendi: qui vel ex  
tota essentia natura pure intellectualis, ut  
aliqui assertunt: vel saltem est prius &  
nobisissimum attributum essentiale, ex  
quo extera virtualiter oriuntur, illique  
proportionantur. Cum enim in naturis pu-  
re intellectualibus tria sunt attributa præ-  
cipua: intellectus, voluntas, & potentia  
executiva: hoc, ut colligitur ex eorum  
operationibus, ita subordinantur, ut in-  
tellectus dirigat voluntatem, & voluntas  
applicet potentiam exequentem. Si  
autem, ut D. Thom. & alij plerique cen-  
sent, intellectus distinguitur realiter ab  
Angelii substantia, ab illaque veluti pro-  
prietatis fluit: quorum essentia est diuersa,  
etiam proprietas, præcūm prima  
& maximē propria, est specie diuersa;  
quippe commensurata essentia, à qua fluit.  
At intellectus, iuxta illorum sententiam,  
est proprietas prima & maximē propria  
et usque natura Angelicæ. Angelii enim  
sunt primū & præcipue intelligentes. Vi-  
que maximē constant essentia, gradu  
essentiali intelligendi, unde solent intel-  
ligentiae absolute nuncupari: sic maxi-  
mē differunt essentia, et hoc ex parte,  
quod sint radix diuersa, & principium  
substancialē intelligendi diuersum: unde  
potentia formales & proxima intel-  
ligendi sunt diuersa, prout diuerso modo  
aptæ sunt intelligere. Nec quidquam  
prius aut aptius occurrit ad explican-  
des differencias specificas Angelorum. Adde-

23.  
Intellectus  
Angelorum  
specie di-  
versitate  
differe-  
cītē.

# Disp. XXXVII. de Ang. Sect. III. & 691

ex D. Thomae 2. contra Gent. cap. 94. rat.  
vlt. Alethi, Bonavent. Argidio Roman. &  
aliis communiter, Angelicum intellectum  
& humanum differre specie propter diver-  
sum operandi modum; quia scilicet intellectus  
Angelicus immaterialis, purus, sim-  
plicius, & perfectius intelligit. At etiam  
Angeli, quod sunt natura perfectiores, ed  
simplicius, uniuersalius, perfectiusque intel-  
ligunt. Ergo &c.

29. Sensus animalium specie  
dierum differentia  
specie  
Objicies primò: sensus animalium specie  
diverorum non differunt species. Ergo  
neque intellectus Angelorum specie diver-  
sorum. Respondeo cum sensus animalium  
sint compositum ex organo, & ex anima cu-  
mque, per quam maxime specie differunt;  
fieri nequit ut sensus animalium specie differen-  
tium non sint specie diversi. Anima  
enim in hanc compositionem ingreditur non  
sicut secundum rationem quandam gene-  
ricam, sed etiam secundum specificam &  
propriam: cum etiam secundum illam sit  
viuens, scilicet sensus, seu principium forma-  
le sentiendi.

30. Objicies secundò, potentias non distin-  
guiri specie nisi per ordinem ad diversa obiec-  
ta adaequata. At intellectus Angelorum  
non habent diversa, sed idem, semper quic-  
quid est intelligibile, sine ens, sive non  
ens verum aut falsum, creatum aut increa-  
tum, naturale vel supernaturale, possibile  
vel impossibile, positivum aut negatum;  
qua omnia, confusè saltē, à qualibet at-  
tingi possunt.

Non idem  
omnino est  
objecum  
confun-  
que intel-  
lectus.  
  
Respondeo primò, non omnia prædicta  
distingue, & in specie, vel in individuo, à  
qualibet intellectu Angelorum attingi;  
imò à nullo. Solus enim intellectus diui-  
nus comprehensus, seu adaequatissimè at-  
tingit Deum & alia omnia intelligibilia,  
quantum & quatenus intelligibilia iuxta In-  
tellectus verò creti, quod alij alii perfe-  
ctiores sunt, plura speciatim & singulariter  
de Deo, & de possibilibus vel existentibus  
extra Deum, possunt cognoscere naturaliter.  
Vnde ex hac parte sumi potest diversitas  
objectorū adaequatorum, qua in Angelis  
perfectioribus latius patet, saltē quoad  
suppositionem, quam vocant personalem,  
vel absolutam. Esto tamen, confusè omnes  
attingant omnia secundum aliquas rationes  
generales intelligibilia, enunciabilis, & si-  
miles, sub quibus magis latent, quā cognos-  
cantur, peculiares cuiusque rationes non  
secundum speciales & individuales dif-  
ferentias cognoscibilium, quā plures à per-  
fectioribus intelligentius cognosci possunt.

Respondeo secundò cum Suare lib. 2. c.  
2. num. 32, non esse necessarium omnem  
specificam diversitatem potentiarum, actuum,  
vel habituum, sumi ex objecto adaequato.  
Possunt enim circa idem objecum esse di-  
uersi actus, habitus, & potentias, esentiali-  
ter seipso diversæ. Vnumquodque enim  
est seipso formaliter, id quod est. Sic intel-  
lectus, imaginatio, & visus albedinis, &c.

cie differunt, quamvis circa idem obiectum,  
& secundum eandem rationem obiectum;  
& multò magis intellectio Dei, & Angeli,  
vel hominis, præcisè circa idem. Ac sicet,  
vt Suar. addit. num. 24. in objecto eodem  
materialiter distinguiri possint interdum di-  
uersæ rationes formales, & proportiones  
cum potentia cognoscentibus: ad distingue-  
das tamē potentias, vel actus, illa distinctio  
non est simpliciter necessaria. Cum illa  
ipsa ratio formalis obiectiva, qua ad in-  
tellectu inferiori attingi, possit attingi à sa-  
periori. Quemadmodum illud ipsum for-  
maliter quod scilicet videatur, à sensu inter-  
no & intellectu percipitur. Et quicquid  
nos attingimus in obiectis sensibilius, at-  
tingitur ab Angelis & à Deo. Neque est  
ulla ratio attingendi obiectua, vel prop-  
ratio cum ulla potentia, quam Deus non at-  
tingat actu diverso esentialiter ab actibus  
creaturearum.

## SECTIO. IV.

An intellectus Angelis in agente & posse  
ab eis sentientia distinguenda sit?

Negat D. Thom. q. 54. art. 4. c. 32.  
Nemo, quia intellectus possibilis idem po-  
nitur in nobis, quod quandoque sumus in-  
telligentes in potentia, & non in actu. At  
Angeli versante sentientia actu intellegen-  
ti, nec vñquam sunt in una potentia reip-  
etu coiūque naturaliter intelligunt. Secun-  
do, quia natura rerum materialium, quas  
nos intelligimus, non subsistunt extra ani-  
mam immateriales, & intelligibles in actu  
sed sunt dumtaxat intelligibles in potentia,  
prout existunt extra animam. Ideoque oport-  
uit aliquam esse virtutem, qua faceret illas  
intelligibles actu. Eazc virtus est in-  
tellectus agens. At intelligibilia Angelorū  
non sunt intelligibilia in potentia, sed  
in actu. Intelligentes enim primò & princi-  
paliter immateriales. Ideoque non po-  
test in illis esse intellectus agens & possi-  
bilis, nisi ex quoce. Hucusque D. Thom.  
qui art. 5. addit. præter potentiam & cog-  
nitionem intellectuam, non est in Angelis  
aliam potentiam cognoscitiam, sensum, in-  
vitum in hominibus & brutorum. Hæc enim ma-  
terialis & organica est. Angelus autem sunt  
pure spirituales. Quæ posterior assertio fa-  
cilius est. Circa priorem dux occurserunt dif-  
ficulitates. Prima, num sit ergo in Angelis  
intellectus agens, & intellectus possibilis?  
Secunda, virginea, quæ nos intelligimus,  
non sint actu intelligibilia. Adeoque sit no-  
bius necessarius intellectus agens, qui ea red-  
dat actu intelligibilia.

Dicq primò, in quoilibet Angelovnicum  
esse intellectum realiter, ratione quidem  
multiplicem, & aliquatenus agentem & pos-  
sibilem; sed non strictè & proprio, ut  
Angelo vnicus est.

M M m

vores à Philosophia usurpati. Prima pars liquet ex sect. 1. Intellectus enim Angelorum realiter est ipsam eius substantiam, quae unica est, realiter simplex & indivisiibilis. Ergo unus realiter intellectus. Neque enim locum huc habet identitas inadquate vinis rei cum pluribus realiter distinctis ab invicem: quæ mysterii Trinitatis singulariter & inimitabiliter propria est.

Secunda pars Assertionis clara est. Nam intellectus Angelicus est virtualiter multiplex, quatenus valeat purè apprehendendum, ut sensus: & vterius ad iudicandum, ut mens humana & ad discendum virtualiter aut formaliter discursu. Item anima virtualiter est eius ratio, prout valeret ad intelligenda obiecta materialia, & sensibilia, equivalendo sensibus: alia prout ad immaterialia, proutque intelligibilia, supereminendo sensuum facultati, atque etiam menti humanae, quatenus valeret naturaliter ad illa directe, germane, & intuitu cognoscenda. Præterea idem intellectus valeret ad aliquid agendum, & ad praediendum seu recipiendum: non peccatum, aut species, aut habitus intellectuales; quo pacto est aliquo sensu agens, & patiens, aut possibilis, ut in tertia parte assertionis addidimus. Pro cuius declaracione,

**34.** Nota duobus modis intellectum agentem dici posse. Primo latè, prout est facultas quomodounque activa, sive propriorum actuorum, sive specierum, vel habituorum, quid sitque intellectuallum. Et hoc sensu nemo Theologorum negat esse in Angelis intellectus agentem. Secundo strictè, prout est facultas solùm & immediate productiva specierum intelligibiliū in intellectu possibili carente illis. Sive abstrahendo species illas à phantasmatibus sive cuendendo alter. Et hoc sensu negant merito D. Thomas & alii communiter, scord & paucis exceptis, esse in Angelis intellectum agentem. Quia species, si quas habent, vel manifestabuntur extrinsecos, vel ex actibus propriis relictae. Ideoque non egere intellectu agente, à quo cuendatur immediata, multaque minus ut abstrahantur à phantasmatibus, cum in Angelis non sint phantasmatibus, neque subordinatio ad sensus internos auctos externos.

**35.** Similiter intellectus possibilis dupliciter accipitur. Primo latè, pro facultate quomodounque passiva & receptiva, vel existente in potentia ad patientium & recipiendum. Secunde intellectus Angelorum est possibilis, quatenus est in potentia ad actus proprios, & species, & habitus intellectuales, qui ex ipso clucuntur, & in eodem recipiuntur. Atque eo sensu D. Thom. Bonavent. lib. 2. contra genit. cap. 96. & D. Bonavent. in 2. dist. 3. intellectum Angelorum possibile vocant. Secundò strictè, prout sumitur ab Aristotele 3. de anima cap. 4. pro facultate que sit prius, puda potentia in genere intelligibilium, postquam fiat omnia intelligibilia per susceptionem specie-

rum, vel per exercitum actuum intelligentiæ. Et hoc sensu D. Thomi, alioque Theologi communiter negant intellectum Angelorum esse possibilem. Quia nūquam fuit, neque est, aut erit, in pura potentia destituta omni species, & omni actu intelligendi. Vel enim species accepit primo instanti sua creationis ingenitus: vel sine speciebus, scilicet ipsum & alia existentia sufficienter praesentia tunc intellexit, & deinceps intelligit; neque vñquam potuit, aut potest deinceps omnium actu cognitionis carere. Aut enim naturaliter, seu necessarij careret, aut libere. Non primum, quia nulla est causa naturalis seu necessaria, quæ Angelum privare possit, aut impedire ab omni cognitione: cū nulla ei vel potentia intelligendi, vel species, vel obiecta omnia possit subtrahere, saltem se ipsum, & si qua alia sunt ipsi intrinseca naturaliter inseparabilia. Non etiam secundum, quia ut Angelus libere abstineat, debet cogitare. Quapropter enim est & viget voluntio, essentialiter supponit cognitionem. Libertas autem non est sine voluntione aliquam. Nam Omne liberum est voluntarium; & libertas in actu secundo est exercitium & vius liberarum voluntatis. Quare intellectus Angelicus nūquam est, aut esse potest naturaliter in pura potentia. Quare rebus suis dicens infra disp. 40. sect. 1.

**36.** Dico secundò ea, quæ à nobis intelliguntur, sunt per se actu intelligibilia, quācum est ex parte ipsorum, quæ respectu nostri, ac respectu Dei & Angelorum. Neque ad ipsa constituta respectu nostri actu intelligibilia, necessarius nobis est intellectus agens, quem plerique Philosophorum imaginantur.

Prima pars probatur: quæ vnumquodque, ratione sui esse, cognoscibile est & intelligibile actu, supposita aliunde potentia intelligendi. Idque tam verum est de materialibus, quam de immaterialibus. Vnde enim, pro ratione & mensura sui esse, sunt vera, & bona, tum absolute, tum respectu in ordine ad intellectum & voluntatem. Et quidem materialia per se primo & immediate intelliguntur à Deo, & ab Angelis, etiam quæ singularia, materialia sunt. Ut de Deo ostendimus tract. 1. dispensatione de Angelis vero patebit ex dicendis dispensationibus 38. & 39.

**37.** Dicimus cum Suarez lib. 2. cap. 4. num. 8. non quidem materiales esse per se & immediate actu intelligibiles in ratione obiecti, quatenus per se & immediate sunt aperte intelligi, atque etiam intuitu cognosci, si existant: sed non esse intelligibiles per se immediate in ratione principij. Quia gradus intellectuus immaterialis est: & res materiales ex modo suæ entitatis per se non sunt aptæ, ut sint immediata principia intellectus. Possunt tamen fieri aptæ medijs speciebus intelligibilius. Et id secundum se sunt intelligibiles in potentia. Prout vero speciebus representantur, di-

cuntur intelligibiles in actu: quia iam sunt  
in actu primo sufficientia intelligendi prin-  
cipia in ordine suo.

38. Respondeo si loquatur Suares de princi-  
pio determinatio cunctat tam per se de-  
terminant potentiam, alioqui sufficiemt  
ad intelligendum, obiecta materialia, quam  
immaterialia, ut ex sequenti disp. consta-  
bit. Sin autem loquitur de principio effi-  
cientis: probabilius est intellectum, quem  
ac voluntatem, esse principium sufficiens  
ad suos actus producendos: quamvis ille  
eget determinatione: haec vero, proposi-  
tione obiecti. Quare obiecta materialia  
non sunt minus de se intelligibili, quam  
immaterialia, tam in ratione principij,  
quam in ratione obiecti.

39. Secunda pars conclusionis probatur, quia  
intellectus ille agens, sive idem, sive reali-  
te distinctus, species abstrahens phanta-  
mate, & constituens nobis obiecta in actu  
primo intelligibilia, plane superfluum est.  
Etenim obiecta sunt de se actu intelligibi-  
lia. Ex parte vero nostra, intellectus suffi-  
cienter iuuatur & determinatur a sensione  
interna, qua maiori facilitate & compendio  
dici potest determinare immediata ad spe-  
ciem expressam, sicut dicitur determinare  
ad impressam: cum vtrique species sit aquae  
spiritualis, & similitudo intentionis obiecti:  
neque ad aliud esse necessaria ostendatur.  
species impressa, quam ad determinandum  
& excitandum intellectum. Addo quod  
intellectus agens, si tantum cudit species,  
& nullo modo intelligit, valde impropriè  
dicitur intellectus, seu potentia intellectua.  
Nam posse cedere species intelligibili-  
es, non magis est posse intelligere, quam  
posse cedere species sensiles, sive posse senti-  
re. At hoc secundum non est posse sentire,  
conuenientque albedini, calori, & obiecti si-  
milibus, sentiendi incapacibus.

40. Albert. Neque minus superfluum est, quod tri-  
buitur Alberto in Sum. p. 2. tract. 4. q. 14.  
mem. 3. art. 1. ad 1. intellectum agentem  
valere ad illuminanda phantasmata mate-  
rialia, in eumque vsum Angelis vtilem esse  
posse. Nam prater ipsam cognitionem An-  
gelicam, nostra non est alia necessaria  
illuminatione specierum, vel obiecti: neque  
alterius illuminationis terminus, vel effe-  
ctus, aut modus assignari & explicari po-  
test. Præterque ipsam potentiam intellici-  
gentem, & obiectum per se determinans vel  
per speciem, aut aliud æquivalens, nihil ap-  
paret necessarium ad exprimentam obiecti  
cognitionem. Multiplicatio vero tot actionum,  
alioqui non necessariarum, ut per se im-  
portuna, & naturæ puritati, ac simplicitati  
aduersa, rejicienda est.

41. Concludo itaque intellectum agentem  
non magis in humana mente, quam in An-  
gelis, distinguendum esse à possibili: sed  
nostram mentem accepta impressione rerum  
per sensus, qui sunt in composito ex corpore  
& ex anima quæ est mens, posse adiumento

enit quod in parte sensitiva est, percipere  
primum singularia sensibilia, & deinde pro-  
gredi ad alios conceptus & ad alias actiones.  
Singularia enim sensibilia sunt etiam in-  
telligibilia per se; & virtus intelligendi est  
communis ad percipiendam sensibilia & alia:  
sicut vis imaginandi est communis ad per-  
cipienda non tantum visibilia, sed etiam  
alia sensibilia, quæ videri nequeunt. Ac  
quemadmodum Deus singularia sensibilia  
cognoscit & videt secundum seipso & se-  
cundum esse quod habet extra Deum, non  
autem solummodo secundum esse quod ha-  
bent in Deo, ita nostra intellectus potest  
suo modo percipere sensibilia immediate  
& secundum se. Neque opus est ut prius  
fiant intelligibilia: sunt enim per se intelli-  
gibilia, sicut & omnes: non minus quam  
omnium sensuum extenororum obiecta, sunt  
imaginabilia, licet non omnia sunt visibili-  
vel, tangibili.

42. Confirmatur: quia si passiones & disposi-  
tiones partis nostræ sensitivæ ira perueniunt  
sua vi usque ad mentem, vnam frequenter  
impedian, quod experientia docet: cur  
imagines rerum vel cognitiones, quæ sunt  
in parte sensitiva, non poterunt iuare  
mentem, ut res exteriæ suo modo perci-  
piant, & de eis iudicet: quandoquidem ea  
dem substantia quæ est mens, est etiam ani-  
ma sensitiva, constitutus subiectum & prin-  
cipium sensitivum? Ilo autem fundamen-  
to posito, finstra accersitur intellectus a-  
gens, qui faciat species intelligibiles, qui  
huiusmodi obiecta singularia sensibilia  
reddat intelligibilia, abstrahendo eorum  
species à phantasmatis: vel etiam iuuet  
intellectum possibilem, ad cognoscendas  
convenientias & differentias huiusmodi ob-  
iectorum, & naturas vniuersitatis ab illis ab-  
stractas. Nam intellectus, in quo est vis  
ad cognoscendum, post percipiendas singu-  
lares, satis manet in fortius ad cognoscendas  
illarum convenientias & differentias, &  
ad formidos conceptus vniuersitatis eorum  
prædicatorum in quibus convenient, & par-  
ticularia eorum in quibus differunt. At  
que etiam ad cognoscendum aliquo modo  
ex rebus sensibiliibus quædam alias super-  
iores, quæ ex sensibiliibus cognosci quæntur.  
Quædunque ad ea omnia, quæ naturali cog-  
nitione assequi possuntur.

Præterea nemo est qui illuminationem  
illam percipiat, aut qui sciens distinguat  
phantasma illuminationis à phantasmate  
non illuminato. Et que per te omnino in-  
credibile quod sit in tevis aliqua vis spiri-  
tualis ruper cognitio, quæ rerum sensi-  
bus expostarum species intellectuales pos-  
sit producere cæca quadam actione. Si ve-  
ro eadem vis est etiam ad cognoscendum,  
non apparet difficultus, ut presenti phan-  
tasmate cognoscatur, quamvis præsente phan-  
tasmate producat spirituali quædam sibi  
impressam imaginem, quæ iuuante cog-  
noscat. At si ponitur talis intellectus quæ-

præsente phantasmate possit intelectualem speciem cuiusvis rei, cuius phantasma adsit, producere: quare non potius ponitur intellectus simplex, qui præsente phantasmate possit rem, cuius phantasma adsit, percipere? Nam talis intellectus valens ad cognoscendum non difficile concipiatur. At intellectus cœcus & impotens ad cognoscendum, nescio quid possit intelligi. Cūque omne ens sit de se intelligibile, ut paulo ante ostendimus: non debet esse mirum, aut videri difficile, si præsente phantasmate percipiat intellectus, id cuius phantasma illi adest, &

circa quod sensus internus operatur.

In eo quod dictum est non debere posse non modò in Angelo, sed neque etiam in homine, intellectum agentem distinctum à cognoscente, semper nobiscum Durand, in 1. dist. 3. part. 2. q. 5. Burid. Dung. ad 3. de anima q. 7. Scaliger exercit. 307. Buridan. Scaliger. Albert. in summa de homine c. de intellectu agente. Et, nanc communis sententia Philosophorum est non distinguiri in re intellectum agentem à possibili, ut testatur Ouidius, controvers. 5. de anima, punct. 1. nam,

2.

## D I S P U T A T I O TRIGESIMA OCTAVA,

### De medio cognitionis Angelicæ.

Sect. I. *Vtrum Angeli egeant speciebus impressis ad intelligendum?*

Sect. II. *Respondetur argumentis contrariae sententia.*

Sectio III. *An Angeli speciebus indigeant, ut seipso intelligant, vel alia sibi intrinseca, aut sufficienter praesentia.*

Sectio IV. *Refutantur sententiae contrarie.*

Sectio V. *Vnde nam Angelis species intelligibiles?*

Sectio VI. *Quales sint species intelligibiles Angelorū, & ad quid valeant?*

Medium cognitionis duplex: cognitum & incognitum.

Angeli multa cognoscunt per medium cognitionis.



**E**DIVM cognitionis duplex est: cognitum, & incognitum. Primum est id, ex cuius cognitione in alterius cognitionem ducimur. Ut quando ex antecedente consequens, ex effectu causam, ex imagine prototypum, ex signo rem significatam cognoscimus. Secundum est, id, quod, licet incognitum, iuuat & determinat potentiam, vice obiecti, ad ipsius cognitionem, velut semen illius. Cuiusmodi sunt sociæ impressæ intellectiles aut sensiles, quæ intellectum aut sensum determinant, & adiuuant ad formandam vitalem expressionem obiecti.

De priori, certum est Angelos multa cognoscere per aliud: ut Deum, ex leipsis & ex aliis creaturis; causas ex effectis: cogitationes cordium, ex locutione & aliis signis. Modus enim ille cognoscendi unum per aliud cognitionem, neque omniam perfectionem negari debet Angelis, siquidem conuenient hominibus ipso inferioribus. Neque omniam imperfectionem: id enim potius magna perfectionis est, & Deo ipsis conuenit, qui omnia cognoscit omni modo, quo sunt cognoscibilia, per se & per aliud, immediate & mediate: ut ostendimus tract. 1. disp. 15.